



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

6. Aprilis. Non reputare se debet Christi amicum, qui animas non fovet,
quas ille fuso sanguine redemit. S. Ignat. ib.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

non aures modò, sed & corda ultrò præbe-
bunt; quæ duces, quò voles.

Si suaviter canentem audient Orphe-
um, non audient tantùm, sed & sequen-
tur, surdæ aliàs & pigræ in divina caute.
Hæc innocens est magia, quâ homines
cantantur.

Nemo tam ferus, qui non capiatur hu-
manitate; sermo amœnior, & oculus fer-
nior etiam ex dura rupe benevolentiam
velut reciprocam Echo, provocat.
quàm facili impendio animas capis.

6. Aprilis.

*Non reputare se debet Christi amicum, qui
animas non fovet, quas ille fuso sanguine
redemit. S. Ignat. ib.*

SI una in animantibus anima, par etiam
debet esse affectus, ut, quod unus, idem
& alter, diligat. Jam, si Deum amas, me-
suram habes, quantus in te animarum
amor ardere debeat.

Ex creatis omnibus anima sola est, quæ
suo Deus amore dignatur: hanc affectu
reliqua imperio regit. Vide, quid à
anima mereatur.

Anima est imago Dei; hunc si amas,

ejus imaginem in sterquilinio hærere fines,
cùm eruere queas? tantò pulchrior hæc
imago, quantò Deo accedit propior. De-
tergere sordes, amici munus, & testimo-
nium est.

Quanti Christo animæ constitère? sunt
merces infiniti pretii; tanti laboris, quan-
ta ejus passio, fructus sunt; has qui non
curat ab interitu, Redemptorem non
amat. Cura ore, cura calamo, cura opere.

7. Aprilis.

*Imperium magis impatiens, quàm discipli-
na cupidum, arguit castigatio justò fre-
quentior.* S. Ignat. vitæ l. 3. n. 36.

Qui singula singulorum errata vindi-
care vult, omnes tollere debet homi-
nes, cùm nemo sine crimine vivat. Vitia
námque erunt, quàm diu homines.

Sæpe malum curatur prudenti dissimula-
tione, quod immodicâ curâ exasperatum
fuiſſet. Multis medetur tempus, alia spon-
te veniunt ad maturitatem, ulcera & pus
mali fontem ipsa effundunt.

Quoties pœna frequentior auxit ma-
lum! augebitque semper, quoties pudorem
pœna frequentior excusserit; quo semel